

GEORG. CASP. KIRCHMAIERI,

ELOQVENTIAE IN ACAD. WITTEBERGENSI
PROF. PVBL. ORDINARI,II,

DISPVTATIONES ZOOLOGICAE
DE

BASILISCO,

VNICORNV,

PHOENICE, BEHEMOTH

& LEVIATHAN, DRACONE

AC ARANEA,

AD ILLVSTRANDVM VARIA SCRIPTVRAE SACRAE LOCA.

Von dem

Basilisken, Einhorn, Phönix, Behemoth,
Leviathan, Drachen und der Spinne.



IENAE, APVD IO. FRIDERICVM RITTERVM,

A. O. R. M DCC XXXVI. Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.



DISPUTATIO II.
DE
VNICORN V,

RESPONDENTE
IO. FRIDERICO HVBRIGK,
BERNSTADIENSI - SILESIO.

PRODROMVS.

PARADISIACAS inter amœnitates, non omnino postrema fuerat, animantium, qua grandiorum, quam minorum, Homini primævo, ad nutum famulantium, jucundissimus aspectus. Vidisses ibi, dicto ocius apparuisse Leones generosissimos, Elephantes vastissimos fortissimosque cum Rhinocerotes, tum Monocerotes, jugumque ab humana manu imponi sibi passos. Sed & animalia alia, quorum dotes innumeræ, pulchritudo ineffabilis, ad mandatum gloriosi Conditoris, approperasse, nominaque naturis suis convenientia reportasse, animadvertisses. Prima hæc animalium brutorum Synodus. Altera luctuosa quodammodo, sed & ipsa summe admirabilis. Posteaquam enim severissimas exardesceret in iras, Numen justissimum, propter intolerabilia mortalium flagitia, ultricibusque aquis, scelera eluituris, deperdere facinorosos decrevisset, procuratore Iehova, multa animalium

C 3

(pisci-

(piscibus enim hauderat opus) convocabantur paria, inque arcam nuperrime exstructam, ut in eadem facta recta essent, recipiebantur. Quo tum sodes animo fuisti, cum inter animalium, omnis generis cohortes, hospitareris, Noache? cum intus foetor opplesset nares, extus cadaverosa fluitaret hominum belluarumque strages, fluctusque decumani mortem minarentur praesentissimam. Non, credo, tripudiabare, sed perdius ac perniox Numini alligabas vota. Hoc confisus, non securus tantummodo, sed plene planeque tutus esse poteras. DEVS te consolatus est, DEVS auxiliatus tibi, DEVS tibi tuisque affatim patrociniatus. Dic age, utrum non sit nefas statuere, unicum speciem tum periisse & interiisse? Tanto, tantas tum, pro omnibus gerente curas, Domino. Sed ut nulla tam formosa facies est quam non afflarit, spurco ore anus; & tam sanctum nihil, quod non violent audaces. Sermo, toto prope modum frequentatus orbe est, *Vnicornu diluvio periisse omnino*, nullumque de Monocero tum specie superesse amplius Individuum. Vindicabimus injuriam, & dignum ollæ procurabimus, adjuvatore DEO, operculum.

no. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

§. I. Monacerotis notatio & formatio.

§. II. Vnicornu dicitur pars Crucis Christi.

§. III. Sumitur pro minerali.

§. IV. Continuaturs *εὐλοσημίας* evolutio.

§. V. Dantur unicornes pisces.

§. VI. Lusitani viderunt aves unicornes.

§. VII.

§. VII. *Monocerotis Vespera*, quibus Cleopatra usa est. Castigatur **CARDANVS.**

§. VIII. *Scarabæos unicolor*, inter Salernum & Neapolin. vidit **BARTHOLINVS.**

§. IX. *Afinus unicornis Indicus.*

§. X. *Equus Unicornis Saxonie Elect. Divo IO. GEORG. I. donatus. Similes. vix. sepe sunt ab aliis.*

§. XI. *Inveniuntur Boves Vaccæque*

unicornes. Huc referuntur Barusæ Bisontes.

§. XII. *Mirabile animal Oryx explicatur.*

§. XIII. *Rhinoceros exitialis Elephantis hostis exponitur.*

§. XIV. *Non confundendus Rhinoceros, cum Monocero. CARDANVS accusatur. Defenditur. Laus SCALIGERI.*

§. XV. *Unicornu substantivè & nō ἐξ ὀρν̄θ̄ν h. l. investigatur. Ejus Synonyma.*

§. I.

MONOCEROS, vox origine græca est. Ex *μόνος* enim & *κέρας*, ortum nomen *Μονοκέρας*. (*ἀσπὸς*) Attico pronunciandi more, proparoxytonum. Latinis eodem præfuso sensu, Unicornu, quod unico duntaxat instructum cornu fiet, audit. Aliis Unicornus, utpote **BARTHOLOMÆO ANGLICO, NICOLAO PEROTTŌ & EVSEBIO NFEREMBERGIO** dicitur. **NESTOR NOVARIENSIS** sub *vor. unic. p. 202.* Unicornium quoque declinari posse ait. Tantundem fere de Monocero refert **FRANCISC. IO. de IANVA**, dum Monocerus, Monoceri, formari posse, probat. Sed hæc Philologorum demandanda Scholis. Nostrum est *πολυσημίαν* vocis evolvere solcite: in qua tanto quidem prolixiori desudandæ cura est, quanto majori nobis futuro emolumento esse potest, ab Æquivocationum Labyrinthis expedita veritas. Ego enim sic statuo, plerasque illas, & tantum non immanes cum obscuritates, tum etiam fabulas de Monocero, non nisi ex supina vocum confusione propullulasse.

§. II.

§. II. Vniversalissime loquendo, Vnicornu dicitur, tam de rebus *artificialibus*, quam *naturalibus*. Ad primam classem *spectat*, quando *media stipitis pars*, in *Cruce Christi*, Vnicornu, testibus IRENÆO, IVSTINO & TERTULLIANO appellata fuit. Occasionem TERTULLIANO præbuit locus *Deut. XXXIII. 17.* Verba ejus sunt *ex cap. XI. Lib. contra Iud. Christus*, inquit, *in illo significabatur, taurus; ob utramque dispositionem, alius ferus, ut judex, alius mansuetus, ut Salvator, cujus Cornua essent crucis extrema &c.* Vnicornu autem *media stipitis palus*. Quæ tamen TERTULLIANI verba, non exiguam Criticis peperere curiositatem. Expresfit vero luculenter sensum præter D. GEORG. CALIXT. in *not. ad Lips. de Cruce*, DN. DILHERRVS in *Animadvers. ad Crucifixionem*. Vnicornu enim ideo Crux illa dicebatur, *partim* quod in curvum emineat & acutum: *partim* quod sine pari, in medio stipitis, velut in media animalis fronte existet. Vid. MAGNVS MAGNI BARTHOLINI *Filius cap. 23. q. 149. & seqq. de Vnicornu*.

§. III. In ordine vero *naturalium*, accipitur vel pro *minerali*, vel *animali*. Scilicet in *Bohemia, Thuringia, Moravia* & quibusdam *Misniæ* locis, lapides e mineris aliis effodiuntur, insignem contra *Epilepsiam, luem illam, epidemiam, febres malignas, aliosque deterioris notæ morbos, virtutem obtinentes*. Audiendus *Germaniæ Æsculapius SENNERTVS* est: *Scient. Nat. lib. IV. c. 4. p. 423. inter lapides porosos primo loco merito explicandus ille, qui vulgo pro Monocerotis Cornu habetur; alii, Cornu fossile, appellant. In Thuringia enim, ut & Bohemia, & aliis locis, inveniuntur talia Cornua: immo non solum Cornua sed & alia ossa: quæ ad vulnera & ossa fracta conglutinanda ulceraque sananda, utilia esse prædicantur. In-*
 primis

primis autem, Cornua ista, non parum in Epilepsia, febris malignis, peste, alvi torminibus in infantibus, aliisque morbis sanandis, habere usum, experientia docuit. Unde etiam vulgo pro Cornu Monocerotis venditantur. Verum a genuino Monocerotis Cornu facile discerni possunt. Hinc fabulæ occasio est data, totam Monocerotum speciem, in diluvio interiisse, cum subinde Cornua aquarum illuvie in terram depressa, & diu hætenus sepulta, in multis redinventantur locis. Sed de commento hoc agemus infra.

§. IV. Nunc perspicue & methodice est ostendendum, (prius enim non eluctabimur ad exoptatum veritatis portum, quam ubi ambiguitatum præternavigaverimus Mæandros) quot modis inter animalium cohortes, vocabulum Monocerotis acceptetur. Dantur nimirum inter & naturalia, & volatilia, & reptilia, & insecta, & gressilia, quæ Unicornu denominationem sortiuntur.

§. V. Natatilia quod concernit, adduxerunt secum Batavi ex India Orientali reduces Anno 1601. bestiam maritimam, ingenti insignitam Cornu, ejus iconem nobis doctissimus Vir, CLVSIVS lib. 2. exot. c. 27. reliquit. Hippotami genus quoddam fuisse, adfirmant alij, alij aliter sentiunt. Quicquid sit, res certa est. Anno 1576. MARTINVS. FORBISSERVS in Oceano Septentrionali, inter ingentes glaciei montes, Unicornem piscem, cornu, duabus fere ulnis, e naso protuberante, offendit, CASP. ab ENS lib. II. hist. Ind. Occid. c. 26. OLAVS M. I. XXI. c. 10. inquit: Monoceros est monstrum (mallem abstinuisset injuriosa hac, in naturam, voce, OLAVS) marinum, habens in fronte, Cornu maximum, quo naves obvias penetrare possit, ac destruere & hominum muli-

D

tudi-

audinem perdere; sed in hoc, pietas divini Numinis, navigantibus providit, cum ferox sit hac bellua, tarditas sua, quam habet maximam, provisâ timentibus ejus accessum, fugam concedit. Hujus etiam piscis meminit in Monocerote ALBERTVS M. RONDELETIVS, aliique, qui de piscibus copiose scripserunt. Conf. etiam Clariss. OLEAR. l. III. *Itiner. Pers. c. 4. fol. 175.*

§. VI. Ex *Volatilium* ordine, adduxit Vnicornu ELIANVS *lib. XVII. bist. animal. c. 10.* Similiter in *Æthiopia*, Vnicornes reperiri aves, DINON, (Scriptor Historiæ Persicæ, ut ex CORNEL. NEPOTIS Canone, & potissimum ATHENÆO didicimus,) memorat. *Lusitanis* visa est, enavigato mari rubro, cum Solimanus Eunuchus classem circumduceret, avis unicornis, teste LVDOVICO DE VRRETA, *Monacho Francisc. l. 1. bist. Æthiopic. p. 344.* Mirabile profecto est, quod *p. 50. loc. supracit.* THOMAS BARTHOLINVS, CASPARI Filius refert: *Basiliscum, unico in fronte Cornu conspicuum, Roma, Gentium natureque Mater, non ita pridem, ea specie tulit, quam mihi pictor (ærea enim lamina expressam in ibidem repræsentat) exhibuit.*

§. VII. Ex *Reptilium* phalange, multa, nec injucunda, si prolixitati studendum foret, adduci ex ALBERTO MAGNO & VLYSSE ALDROVANDO possent. Præ omnibus tamen adducendus IOANNIS VESLINGII, illius, inquam, inter Anatomicos nostræ ætatis, miraculi, locus est, quo apud Circumforaneos Cauri, Monocerotes viperas, teterrimo veneno præditas, aliquoties a se visas fuisse, apud BARTHOLIN. *pag. 60.* testatur. *Mamelikias* sive Regias nuncupabant Ægyptii, & his ipsis ad ubera applicatis, Cleopatram olim fuisse usam, memorabant. In *Subtilitatum* libb. quen-

quendam, e Solani foliis prodeuntem, viridi & croceo interdistingtum colore, Cornu, in fronte, ultra digiti longitudinem gerentem vermiculum, annotavit **CARDANVS**. Existimo confundi a **CARDANO** os, & id quod analogum est cartilagini. De Cornu quæritur, unde animal denominationem quoque trahit, non de quacunque tenaci, spissaque in cartilaginem, successu temporis abeuntem, materia. Id quod & Caponibus seu castratis gallis accidere, nec novum est, nec mirum. Nec multum hic etiam moramur doctissimi Viri **FABII COLUMNÆ** Erucam Vnicornem, quam *Βενάμωρον* ipse, ex intendendi signo *ββ*, & *παρα τὴν κάμπην*, quæ nocifera eruca forte Latinis dicitur, salutat.

§. VIII. Sunt & insectis sua quædam Vnicornia. *Starabæorum* (non bicorniam istorum, quos Germani, *Schræter* vocant) datur species rarior, & licet minus inter Autores frequentata, Illyricis tamen communissima. Post **OLAVM WORMIVM**, audiendus *αὐτόπτης* **Vir πολυμαθὲς ατ** **BARTHOLINVS** est: *In Campania*, inquit, *Salernum inter & Neapolin, peregrinantibus nobis occurrit ea facie, qua depinximus. Vnicornem vocavi, præter doctissimorum, Aldrovandi & Imperati sententiam, quibus nomine Rhinocerotis rectius fortasse venit depictus. Veruntamen his missis, (missis etiam amphibio Camphor.) quadrupedia, ut, si forte vocabulorum anæspitia, quæ offendiculo plurimis atque errori fuerunt, offensa explanentur, ducenda ad examen.*

§. IX. Tanta hic noviter occurrit varietas, ut non mirer amplius, qui factum, quod in describenda Monocerotis natura, nusquam inter se conveniant Autores. Unde multis, fabulæ orta suspicio, plurimis dubia hæserè, & nullis non anxie, circa Vnicornu, cu-

ra. **Datur namque** 1.) *Unicornu asinum*, sive *Asinus Unicornis Indicus*. Et hoc genus Monocerotis a **PLINIO** cum primis *lib. XI. c. 37. hist. nat.* atque **ARISTOT.** *l. II. c. 1. l. III. c. 2.* decantatissimum est. Et licet pro Chimerâ, asinum Monocerotem solipedem, habeat juratissimus Unicornium hostis, **ANDREAS MARINVS**, quod a nullis, nostro hoc seculo, qui Indos & alias, Veteribus ignotas, adiverunt terras, visus sit ac observatus; frustra tantum est ac accurate responsum ei *p. 118.* & **Celeberrimo BARTHO LINO** fuit.

§. X. Adhæc 2.) (Equus Monocerotes inveniri, extra omnem dubitationis aleam est. Paucissimi præfluxere anni, quando gloriosissimæ memoriæ, **Electori Saxoniz, Divo IO. GEORG. I.** a quodam, **KRACCHIO**, qui suprema, inter Cæsareanos meruerat stipendia, nec ignotus *Vratislaviensibus* esse potest, equus quidam unicornis, cui annuatim semel deciduum **Cornu** renascebatur, dono datus est. **DESTRABONIS, FEINII & SOLINI** testimonis, cum suspecta nonnullis habeantur, (quanquam accusare non sit refutare) nihil hic monebimus. **Clarissimus Vir, Madritensis in Hispania Physiolog. Professor, IOANNES EVSEBIUS NIEBERBERGIVS** *lib. VII. hist. nat. Adm. c. 2.* se in aula **Philippici**, equum quendam cornutum ex India allatum vidisse, ait. In stabulo **Principis Stilianii**, equum vidit, (testante **THOMA BARTHO LINO**) superioribus annis, **EEO ALLATIVS**, magnitudine exilem, sed ferocissimum.

§. XI. Nec 3.) boves non sunt in natura unicornes. **PLINIUM**, qui vollet, adeat *l. VIII. c. 21.* Mihi ejus certe inconstantia, dum nunc solos Asinos Indicos, nunc boves etiam cornutos concedit, arridere nequit.

Nata-

Natalis his tamen locus Æthiopia est, & India. CÆSAR etiam de bell. Gall. in Hercynia silva, boves in media fronte, celsum, & directum quoddam cornu gestantes, reperiri statuit. Sed & Vacca Vnicornes alibi nutriti, certum est. *Auscultandum SCALIGERO Exerc. 206. Sect. 7. hic putamus: in eodem, quem supra memoravimus, Agro, Zeila oppidi, quod est in Æthiopia, vacca sunt colore atro, cum cervinis cornibus. Quas idcirco Cervias appellavimus. Aliis nimirum e fronte media prodit Cornu, pedali majus, curvitate supina &c. Hæc ex relatione LUDOVICI VARTOMANNI, SCALIGER, cui Zeilæ apud Sultanum talismodi sunt visæ vaccæ. Huc non incommode retulerimus Bisontes Vnicornes in Borussia Tauros, quos Germani vulgo die Ubrochsen vocant. Vid. de his ERASMVS STELLA l. I. Antiq. Boruss. a calce. BARTHOLINVS Bisontem illum, inque Borussia frequentem Vnicornem, eundem esse putat, cum illis quos in Hercynia silva oberrare, CÆSAR scripsit.

§ XII. Sed & 4.) non prætereundus ORYX monoceros est. ORYX autem, (ut nomen explicemus) a fodiendo dictus. Namque vel obrequiem, vel petulantiam, sæpius aprorum instar, eruit terram, non capite, non ore, nec cornu, sed pedibus, ne orientem Solem aut Lunam intueatur, nigriori facie se obruturus. Oryx, cui animantium speciei accenseri debeat, divortia sententiarum videas. PLINIVS lib. XI. c. 37. & COLUMELL. l. I. c. 1. ad Cervorum sortem: alii ad alinum genus referunt. Quicquid sit, est & manet Vnicornis, Oryx. Patria ejus Syria, Palæstina, Getulia Africa: Inter delicatiora haberi eum gula ministeria, ex JUVENALI discimus & MARTIALI JUVENALIS canit:

*Et Scythica volucres & Phœnicopterus ingens,
Et Getulus Oryx.*

MARTIALIS vero *lib. XIII. epigram. 95.*

Matutinarum non ultima preda ferarum

Savus Oryx, constat quod mihi morte canum.

Sistitur patientissimus Oryx, magnitudo ei mediocris, color caprino similis. Ægyptii olim Reges, orientis Solis tempus accurate exploraturi, Oryges conscendere solebant: miro usi horologio. Scio tamen negari a doctissimo SALMASIO, quod ob corporis exilitatem vehere, revehereque sessorem potuerit Oryx. Sed hæc huc non spectant.

§. XIII. Solus, ni fallor, nobis ;.) restat *Rhinoceros*. Vox primo, post, res ipsa, denique confusio ejus cum Monocerote, explicanda. Rhinoceros vero *ραγά τῆς ῥίνας* sive naso, & *κέρας*, Cornu, quod minacissimum, atque Elephantum etiam ferale, e naribus prominulum gerit, dicitur. Vnde homines nasuti, qui liberalissimi, juxta Physiognomos!, aliorum reprehensores sunt & ad unco omnia suspendere naso solent, Rhinocerotis nasum habere dicuntur MARTIALI, *lib. I. Epigr. 4.*

*Majorès nusquam ronchi, juvenesque senesque
Et pueri nasum Rhinocerotis habent.*

Rhinoceros humilior aliquantum Elephantum, si altitudinem, si longitudinem spectes, par est. Ungulas bifidas habet, buxei coloris tergum, eoque ab impetrabili duritie, duplicato, tanquam perpetuo thorace, utor verbis CAMERARII *c. 25. lib. I. hór. subscisy.* qui & ipse ex PAVLO IOVIO isthæc petit, ex CAMERARIO vero B. FRANZIVS in *hístor. animal. c. 11. p. 110.*) protegitur, armaturque pedali osse, cornu supra nates eminen-

nente, quo ferire atque transfodere, sub ventre, Elephantum, ἀσπρονδεν hostem suum solet. Incredibilem namque natura parens, ex occulta qualitatum vi antipathiam, inter Elephantum & Rhinocerotem fecit. Anno salutis 1513. delatus unus ad Lusitaniæ Regem, Calendis Maii, quem Rex biennio post spectaculi causa, *Flysipona* cum Elephanto commisit, vicitque Rhinoceros. Atque hoc tam certum, ut non dubitandum amplius. Vid. post PAVLVM IOVIVM, CARDANVS l. X. *Subt. de anim. perfect. fol. m. 328. SCALIG. Exercit. 205. sect. 1. FRANZ. loc. cit. Adde Cl. THOM. BARTHOLIN. de Unicornu, inter addenda ad pag. 147. De Octavio Augusto idem discimus ex SVETONIO cap. 43. Ut proinde frustra sint, qui temere hoc negant. Vidit idem An. 1515. Vlysip. iterum sub Emmanuele Rege, DAMIANVS a GOES, Eques Lusitanus.*

§. XIV. Cavendum autem sedulo, ne cum Monocerote, Rhinoceros confundatur, quod passim commissum ab antiquis fuisse, legas. Ejusdem errati, rem agit SCALIGER CARDANVM *exerc. 205. sect. 1. in-*quiens: *quonam malo-fato, a Grammaticorum ferula, toties subductus, in Philosophorum plagas incidisti? Nequeo tibi, Cardane opitulari, qui Monocerotem sub Rhinocerotis nomine pinxisti: quum dua sint bellæ longe distinctissima. Hæc* SCALIGER, quem tanti nos alioquin veneramus, quanti suum, ille Orbis Domitor, HOMERVM. Nemo enim subtilior facile aut accuratior SCALIGERO, me iudice, philosophus. Sit igitur in benedictione, memoria ejusdem, hic interim non defendam ipsum. Profecto injuriam CARDANO intulit. Contrarium enim CARDANVS *lib. X. fol. m. 326. Edit. Basil. per Henric. Petri edita,* defendit. Posteaquam enim Rhinocerota definivisset,
& ad

& ad Monocerotem accessum parare destinasset, hæc interferit: *Constat, hunc (scilicet Rhinocerotem, de quo hactenus loquebatur) longe alium esse a Monocerote, cum quo, SOLVM NOMINIS SIMILITVDINE colludit.* Nisi forte ad alium **CARDANI** locum attendat **SCALIGER**, qualem tamen nullibi in eo deprehendere licuit.

§. XV. Multas huc usque, Monocerotum species habuimus. Quamquam non tam substantiue, quam adiectiue ita nominatas. Nunc post generaliter sic dicta Vnicornua animalia, id nobis indagandum restat, quod uat' ἐξοχὴν, Latinus Vnicornu, Grecis μονόκερω, Ebraeis מוֹנֹקֶרֶן, Germanis, das Einborn, Gallis Lycornu, Italis Alicorno & Lioncorno, alijs aliter consuevit appellari. Hoc quid sit, ubi sit, & quibus præditum affectionibus, nunc porro indagandum restat. Fiat proinde.

CAP. II.

DE

DEFINITIONE ET EXISTENTIA MONOCEROTIS.

ELENCHVS.

§. I. Definitur Vnicornu.

§. II. Indomitam Monocerotis ferocitiam Deus ipse adstruit. Est animal Solipagum. Examinatur **IDAITH ACA**, Oratoris Turcici, testimonium.

§. III. Vnicornu a Deo ipso commendatur ob fortitudinem & celeritatem.

§. IV. Est Arabia, Syria, Tartaria, Æthiopia atque India incola. Duo Meccæ uidit V.

nicornua, Nobilissimus **VAR-TOMANNVS**. Persarum Rex multa alit.

§. V. Magnitudo, figura, habitus corporis, voxque Monocerotis adducuntur.

§. VI. Negliguntur nonnullorum uilitigationes. Datur ratio. Excusatur & conciliatur **VAR-TOMANNVS**.

§. VII. Confirmatur argumentis existentia Monocerotis.

§. VIII.

§. VIII. *Magnates non deslituntur Vnicornibus. Visitur Vnicornu Dresda. Fridrichsburgi in Dania. Duo vidit ALDROVANDVS.*

§. IX. *Standum est experiētiis, sensibus & historica fide.*

§. X. *Refutatur fabula, quod diluio interierit Vnicornu.*


§. XI. *Vtrum Vnicornu sit Alexipharmacō universale?*

§. XII. *Quomodo dignosci Vnicornu verum ab adulterino possit?*

§. XIII. *Nota ad Lectorem.*

§. I.

VNicornu (quo de in præsentī loquimur) est brutum quadrupes, unico eoque prælongo cornu præditum in fronte, indomitum, ferocissimum, solitarium, fortissimum, celerrimum, Arabiæ, Syriæ, Æthiopiæ atque Indiæ tesqua incolens, Equi magnitudinem, & jubam: caput, pedes, crura cervina, caudam caprinam aut suillam habens, dirissimamque vocem edens. Formam animalis, ut omnium rerum, homine excepto, a priori ignoramus Definitionem, ea propter accidentalem, a proprietatibus & notis quibusdam distinctivis sumtam, eamque prolixiorē damus. Ut possumus, non, ut debebamus, (aliter enim non licet) procedimus. Brutum quod sit, quod quadrupes, quodque unico in fronte insignitum cornu, dubio vacat omni. De nobilitatē Cornu istius dicemus infra in peculiaribus nonnullis quæstionum appendicibus. Sequentia vero probationibus corroboranda.

§. II. *Diximus Indomitum & ferocissimum. Dicit tantundem, ad Jobum, Cap. XXXIX. v. 12. 13. DEVS ipse: nunquid volet Monoceros (NB. perperam nonnulli pro Monocerote, Rhinocerotem, in voce  hic & alibi substituunt, contra quos, præter LUTHERVM, stat versio LXX. Interpretum, Gallorum, Italarum, Hispanorum, Anglorum, Belgarum, ut de DRVSIO, E SCHIND.*

SCHINDLERO, FLACIO aliisque nihil addam ultra) nunquid, inquam, volet Monoceros servire tibi? aut morabitur ad praeſepe tuum? nunquid alligabis Monocerotem ad arandum, loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te? Hinc *Pſal. XXII. 22.* perſecutorum Chriſti truculentia, Vnicornibus non fruſtra comparatur & Leoni ponitur ad latus. *Salvame*, conqueritur Meſſias, ex ore leonis, & a cornibus Vnicornuum humilitatem meam. Solitarium quod ſit, ex multis patet argumentis. Generale eſt, & id infallibile inter Zoologos, omnia ſævioris indolis animantia, qualia ſunt Leo, Pardus, Panthera, Urfus, ſolitudine gaudere. Specialia ſunt, quia avia & ab hominum adſpectu remotiſſima inhospitatur teſqua. Rariſſime in hominum: niſi quod cornua decidua inveniuntur, venit poteſtatem. Hinc quia rarum eſt, charum eſt & carum quoque. Indeque colligo, Vnicornua *κατ' ἐξοχήν* & ſubſtantive ſic dicta non fuiſſe, quæ IDAITH AGA (Orator Solymani apud Maximilianum, Imperatorem, Marcus Scherer, ante abjuratam Chriſtianam Religionem, dictus, & VLYSSIS ALDROVANDI popularis) Vienna in frequenti, primariorum Virorum corona auſus eſt proloqui: *ſe in Arabia deſerta, vidiffe gregatim, ut armenta, obverſantes Monocerotes.*

§. III. Fortitudinem ejus, DEVS ipſe l. dict. cap. 39. v. 14. deprædicat, Jobum: *nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus; Et cap. Num. XXIII. 22. Deus eduxit populum illum ex Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt Monocerotis. Eadem ex aſſe habentur c. XXIV. 8. Celeritatem Monocerotis non minore, quam vel Capræ, vel Pantheræ, vel Lepori, vel Equo, vel Cani, vendicamus. Notanter enim *Pſalm. XXIX. 6. Cedros Libani, Ieboda ſaltare facere dicitur, non ſecus, atque filios Vnicornuum.**

UUUUU.

num. Et quidni agillimum esse possit, cum corporis mole nulla prægravetur; Alacres certe & bestię & homines sunt, fortes qui sunt.

§. IV. *Arabia, Syriaque* incola quod sit, vel exinde certum esse potest, quia passim in Scriptura S. Iudæis Phœnicie, Syriæ, Arabiæque accolis proponitur. Non igitur his omnino caruere animalibus. Manifestius vero colligi (nisi fallor) et *Psal. XXIX. 6.* potest, ubi dicitur: *saltare illas (scilicet Cedros) factis, sicut vitulum Libani, & Schirion sicut filium Unicornium.* Coniungitur hic cum Libano & Sirion, in tertio quodam comparationis, Unicornu, & versu sequenti, cum Deserto *Cadesch*; unde ratio consurgere videtur non levis, contenti ad continens observatum hic fuisse respectum. *Æthiopia* atque *India* inhabitare tesqua, gravissimi testantur Scriptores. **LYDOVICVS** de **VARTHEMA** sive **VARTHOMANNVS**, Bononiensis, quem, Virum optimum salutatur **SCALIGER** *exerc. 205. duos Mecca vidit Moxocerates, quos a Mauro quadam, Æthiopia Regulo, ut cum Sultano arctiorem iniret adfinitatem, transmisos fuisse, testabatur. M. PAVLVVS VENETVS, qui multos versatus annos, inter Tartaros, Orientales potissimum fuit, lib. 3. de script. Orient. c. 15. de Regno Basman, refert, Elephantes atque Unicornes in magna ibi reperiri copia. Similiter LEONHARDVS RAVCHWOLF, Augustan. Medicus, in Oriente, se a quodam Persa accepisse scribit, Sophum, Persarum Regem, Unicornum aliquot Samarcandi alere. THOMAS BARTHOLINVS loc. superius citato p. 163. & seqq. Testantur, inquit, id ex regno China, reliquisque India locis, in Europam nostram subinde reversi nauta mercatoresque, quos, cum furtivo pedestinerum vastitatem emetirentur, per deserta Arabia, & in-*

cultas alias solitudines, ob fuga metum in silvis bivis que feram hanc Monocerotem, ut vulgo depingitur, non sine terroris sensu vidisse; sed tanta esse pedum velocitate, ut ex oculis deridente subducta, accuratiorem spectantibus sui contemplationem preripuerit.

§. V. Reliqua, quæ magnitudinem, figuram, habitum corporis, & vocem Monocerotis attinent, ut brevitati studeamus, jungemus, non sine testimoniis tamen. Post GARDANVM, cujus supra notabamus locum, adducendus SCALIGER Exerc. 205. *Vnicornibus equi magnitudo: crura, pedes, caput cervi, pili, color halius. Equi juba, rarior, brevior. Coxa villosa. Cornu unum, integrum Niceæ vidimus: alia alibi. Subfulvum unum, unum subluteum, accedens maxime ad buxum: Vnum subpuniceum. Etiam habemus frustum candidum. Vocem ÆLIANVS ἀδύτων ἀπήχεσάντη τε καὶ γεγυωτάτην: PLINIUS, mugitum gravem: SOLINVS, horridum vocat. Faciunt huc, quæ in prælect. Zoolog. de Monocerote cap. 6. quæst. 7. SPERLINGIVS ὁ μακρίτης habet: Vox propria nomen certum non habet. NIEREMBERGIVS ait: vox obscæna & dira, Catis & Monocerotis. De Catis, non obscurum, quod varia iis vox sit, pro varia adfectu. Libidine accensi horrendas edunt voces ac ingentibus ades replent clamoribus.*

§. VI. Hic nunc data præterimus opera, quæ de *Vngulis, pedibus, Cornu & consimilibus, Vnicornu prædicatis, non sine contentiosa autorum contradictione, tradi vulgo solent. Alii enim Vngulam solidam, fissam alii: alii villosos pedes, alii graciles & glabros: alii bicubitale, alii minus majusve cornu, & hoc vel cinerium, vel nigrum, vel fuscum, quidam etiam splendidum esse ajunt. Minora certe hæc sunt, quam quæ multis egeant conciliationibus. Variant loca, variant indivi-*

individua. Alios in Anglia, 'alios in Germania, ejusdem tamen speciei videas canes. Et quid multis? hominum ipsorum tanta est varietas, ut si cum Æthiopicis Germanos, hos cum Italis, Italos cum Danis, Groenlandis, Lapponibus, Moschovitis, conferas, mireris supra modum. Id interim non capimus, quo sensu SCALIGER CUM VARTOMANNO, mansuetum Vnicornu pronunciarit? Ego certe cum Scriptura S. quæ immanem ei tribuit ferocitatem, & experientiis aliorum, faxim. Vtrum cum BARTHOLINO faciendum, & statuendum, irrepsisse in Etruscum VARTOMANNI contextum aliquid vitioli? Si tamen alia excusatione juvandus uterque esset, dicendum foret, longa, duos illos a VARTOMANNO visos Monocerotes, & custodia & advesfatione mitigatos, & expugnatam quadantenus indomitam illam alias ferociam fuisse. De Leonibus, Vrsis, Pardis, animalium ferocissimis, idem certe constat.

§. VII. His ita se habentibus, ecquis tantæ vel simplicitatis vel pertinaciæ amplius esse velit, qui contra tot divina humanaque de *existentia Monocerotis, testimonia opponere se, non dubitet? non vereatur? Loquitur Scriptura S. & insignes Monoceroti passim adornat laudes. Nos pro non Ente, Vnicornu nunc reputabimus? Conqueritur natura ipsa, & suam, loquax in apologiam est, dum, non frustra usque adeo pro animalibus vigilem fuisse, rerum Conservatorem, instantis diluvii tempore, ingerit identidem. Non frustra generationis opus etiam concessum. Pereant individua, species certe perennant. Subtilis SCALIGER: Exerc. 250. Sect. 1. Si, inquit, deesset aliquid, daretur informis vacuum. Quod longe majus in natura esset flagitium, quam*

quam vacuum in quantitate sine corpore. Nos ipsi ha-
 tenus, quot Unicornum passim adhuc species sint,
 supra vidimus prolixè. Vidit duos, καὶ ἐξ ὅχου sic di-
 ctos Monocerotès, LUDOVICVS de VARTHEMA, qui
 seculis abhinc duobus, totum Orientem curiose lustra-
 vit, Ægyptum, Arabiam utramque, Æthiopiam & In-
 diam, ut itineris totius ostendit series. Is VARTHE-
 MA, (verba BARTHOLINI sunt) cum Meccam, splen-
 didam Arabiae deserti urbem, cum sociis Mamaluccis, itineris
 ordine, pervenisset, lustrato prius celebri Mahometbi templo
 ad aliud latus Famiconversus, Monocerotès binos, claustris in-
 clusos vidit, simul & consideravit, ut testabuntur verba l. 4.
 de Arab. c. 18. p. 20.

§. VIII. Quotusquisque Principum, Ducum, Re-
 gumve est, qui non vel viderit, vel possederit, & inter-
 pretiosiora sua retulerit Monocerotis cornu? Dresdensis
 Ἡρωικὸν θαυμαστὸν πρῶτον ἄγαμα (qua confragosa quidem,
 ingeniosa tamen voce, VECHNERVS in Germania bre-
 viario utitur) eo certe non caret. Est & Fridrichsburgi,
 (quod munitissimum Daniæ Regis castellum) Unicornu,
 longitudine 7. ped. Rom. & 7. digitorum ambitu
 conspicuum, descriptumque a D. THOMA BARTHO-
 LINO, Dano & ipso pag. 203. Vir infinitelectionis VLVS-
 SES ALDROVANDVS, in Paralip. de quadruped. ad lib. I.
 fol. 223. vidimus nos, inquit, Romæ duo, Clementis VIII. P.
 O. M. B. alterum, alterum vero ipsius Nepotis illustrissimi Prin-
 cipis, Petri Cardinalis Aldrobrandini &c.

§. IX. Historicis historica vel danda fides, vel de-
 monstrandum verius quid est. Quid nos tandem eri-
 mus, si non historia suo stabit talo? Eant nunc & cre-
 pent mihi quidam cerebrosi Thomistæ, atque nunc au-
 torum nonnullum in describendo animali nostro, dis-
 sen-

sen-

sensum, nunc aliud quid fuisse obtendant. Breviter respondeo: NON AUDIO. Gravissime gravissimus ALDROVANDVS *bist. nat. quadrup. t. f. c. 6. fol. 190.* apud quosmodoresponiones nostra carituræ sunt fide, eos ego dixi-
 ro carere intellectu, pertinacesque, appellavero, qui ipsum non crubescunt, negare sensum, cum tot passim apud Principes Unicornia ostendantur. Credo tamen, quod pleraque non tam ex venatione captis, quam ex desertorum locis (decidua enim cornua sunt, & nunc effectum, nunc colore, magnitudine, figura, facile ab aliis discerni possunt cornibus) habeantur.

§. X. Sed hic jugulandus error est, qui plerorumque animis infedit. Ajust enim diluvio universali animalia hæc periisse, nunc terra erui ossa. Veruntamen, quod felix faustumque his nugivendulis fiet, est hoc genus Mineralis cujusdam, quod nec duritie, nec gravitate, nec soliditate, nec odore quicquam cum Unicornu nostro commune, præter effectus nonnullos nobiliores habet. Effoditur in *Turingia, Bobemia silva Hercynia, prope Elbingeröd, Hildesheim & Heidelberg, Silesia, Moravia, & nonnullis Misnia locis.* Idem in Italia inveniri memorat CLVSIVS, refert FERRANTES IMPERATORVS *lib. 25.* & FRANCISEVS, filius ejus. Possidet GLAVS WORMIVS frustula plura, quorum unum, (BARTHOLINO teste *p. 277.*) colore candido, friabile, molle, odore gratissimo &c. Recte SENNERTVS *notæ Scient. nat. lib. IV. c. 4. p. 23.* Cur in hic potius, quam in aliis locis quibus Monocerotes degere, credibilis est, ista cornua inveniuntur?

§. XI. Ut tamen aurum a scoria, verumque a falso liberemus, duas, pro appendice formaturi Quæstiunculas fumus, quæ & ab usum impugnabunt, & propugna-

pugnabunt usum. *Quæ. Vtrum Vnicornu sit Alexiphar-
macon universale, vel ad minimum tandem, eas obtineat vir-
tutes, quas vulgo ei tribuunt?* R. Mundus vult decipi. Vo-
lenti non fit injuria. A justo ad nimium itur. Fama
Echo est: triplicat, quadruplicat universa. In gratiam
Magnatum multa dicuntur. Venena tam sunt varia, ut
impossibile sit, unum dari omnibus resistens antidotum.
Homines pro opinione sua, omnia augent. Agyrta-
rum & Circumforaneorum fraus ineffabilis. Non ob-
ticuissent divinissimas illas dotes, Medicorum Antesi-
gnani, Arabes, Æthiopes, Græci, Latini. Nihil ampli-
us laudatur, nisi quod ex Indiis & Moluccis Insulis
adfertur. Cotidiana, etsi optima, & æquivalente vi
prædita, nimio sui usu evilescunt. *Experientissimus
VIRE. THOM. BARTHOLIN. p. 266. pro se citat CRA-
TONEM a CRAFFTHEIM, BACCIVM, HORATIVM
AVGENIVM, HORSTIVM ac alios, & Monoceroti ne
minimum cedere cornu Cervinum atque Vnicornu
fossile, ait. Idem apud ALDROVAND. loc. cit. fol. 183.
ANDREAS MARINVS & APOLL. Philosophus, sta-
tuunt.*

§. XII. *Quæ. Quomodo dignosci Vnicornu genui-
nium a suppositio saleat?* R. Si aquæ calidæ injectum bul-
las excitet, ajunt, si præsentè veneno, emittat sudo-
rem: si canibus veneno potatis, medeatur; si benefi-
cio cornu istius definiatur circulus, quo, cyclo immis-
sus, vel scorpius vel areneus, egredi non auit. Vbi ta-
men superstitio cum falsitate certat de primatu. Fal-
sum est, sudare Vnicornu: falsum, semper in ferventi-
bus aquis, atque solum Vnicornu excitare bullas. Su-
perstitiosam verò atque Magicam, quod de Judæo
quodam **IOH. DANVS**, aliisque de aliis referunt agyris:
qui

qui magicis incantamentis potius, araneos, serpentes atque Scorpions istos, ne definitum transilirent circulum, quam Monocerotis ope effecerunt. Si quid veri subest, non circulo, qui ad quantitatem spectat, sed occultis qualitatibus eventus imputandus. Idem ex asse nobiscum sentit BARTHOLO. c. 29. atque superiora vulgi effata, gerras Siculis vaniores vocat. Venenis interim resistere Unicornu, nemo negat. Saltem ne quid nimis! De vera proba supra diximus.

§. XIV. *Nota ad Lectorem.* Benignum, hæc sibi deposcit scriptio, Lecturum. Bonis omnia bonas: malis optima, pessima videntur. Amicorum svasu hæc conscripta sunt. Sapientibus, nos hac vice, præter reverentiam modestissimam, nihil propinamus BARTHOLOINO, summo Viro, CASPAR Filio, plurima a nobis hic deberi bona profitemur fide. Historias enim, ex nostro confingere cerebello nec poteramus, nec debeamus. Licuit id Bartholino quoque ex aliis, antenos. Vsi tamen ubique nostro fuimus ingenio: nec temere, promiscua quæque credidimus. Videbit æquus Anagnostes, & si quid mali effecimus, nobis, si boni quid, DEO, cui soli perennis laus sit, imputabit?





DISPUTATIO IV.
 DE
BEHEMOTH
 & LEVIATHAN,

RESPONDENTE
 CHRISTIANO LAVRENTIO,
 FREIBERGA SILESIO

Εισαγωγή.

DEtinet amore sui, nos, Natura. Obsecundandum est invitatrici. Nunc varietate, nunc utilitate, nunc sublimitate, nunc jucunditate, nunc universis se jactitat Mater speciosa, atque spatiosa donis. Sequenda igitur in omnibus. Etsi vero nunquam non, & nusquam non, se in amoenissimum constringat habitum; nescio tamen, an ullibi id præstet magis, quam in animalium phalange. Nolumus ire ambages. Ad manum est, quod fat est. Nobile par bestiarum omnium, nisi fallimur, vastissimarum, BEHEMOTH nimirum atque LEVIATHAN, documento nobis: quorum omnibus notissima nomina sunt, natura sapientibus, auxiliatrice Dei gratia, perspecta fiet.

H 2

CAP.

CAP. I.
DE
BEHEMOTH

SYLLOGE.

- | | |
|--|--|
| <p>§. I. Qui de BEHEMOTH agit, adducitur locus.</p> <p>§. II. Non hic proprie vel Daemon, vel Draco, vel Taurus intelligitur.</p> <p>§. III. Narrantur, & hoc ipso confutantur Rabbinorum stultiloquia.</p> <p>§. IV. Per BEHEMOT indigitatur Elephas.</p> <p>§. V. Declaratur Etymon.</p> <p>§. VI. Homonymia.</p> <p>§. VII. Synonymia additur. Boves Luca quid?</p> | <p>§. VIII. Priscorum Roman. ruditas. Notatur VARRO.</p> <p>§. IX. Proximum, ab homine, animal, Elephas. Ne quid nimis.</p> <p>§. X. Elephanti solertia.</p> <p>§. XI. Pabulum ipsius.</p> <p>§. XII. Robur admirabile.</p> <p>§. XIII. Aliarum partium configuratio. Flectere crura potest Barrus.</p> <p>§. XIV. Armatura ejus naturalis.</p> <p>§. XV. Cibus & Patria.</p> <p>§. XVI. Potus ejusdem.</p> <p>§. XVII. Captura.</p> |
|--|--|

§. I.

HIOBO, Physico in sacris literis decantatissimo, & (si Adamum, Iacobum, atque omnium Sapientissimum SALOMONEM excipias) Scientiæ Naturalis ornamento facile primo, historiam Behemoth atque Leviathan deberi, *caput XL. & XLI.* quidem docet. Behemoth quid sibi velit, ex priori: quid Leviathan vero, ex posteriori cognoscemus: *Ecce age Behemoth* (inquit Naturæ Autor atque idem quoque conservatur DEVS) *quem feci tecum, gramen uti bos comedit. Ecce & fortitudo ejus, in lumbis ejus, & robur ejus in umbilico; ventris ejus. Stringit (seu erigit) caudam suam veluti cedrum: nervi genitalium ipsius implicantur (vel ramescunt) Ossa ejus fistule*
aris

aris, tibia ejus instar vectis ferrei. Ipse est Principium viarum Dei, qui fecit eum, applicavit gladium ejus. Huic montes herbas ferunt: omnes bestiae agri lusuabunt ibi. Sub umbris recubat in secreto calami. In luto protegunt eum umbra (vel umbrosa arbusta) circum dabant illum salices torrentis. Ecce absorbebit fluxum, & non mirabitur, & fiduciam habebit, quod insuat Iordanus in os ipsius. In oculis ipsius, capiet eum (aliquis, seu capiatur ille) & laqueis proforabit nares ejus. Hæc de vastissimo animali, sacer codex.

§. II. Nostrum est, rimari cuinam prædicata isthæc assignanda sint, & quid per Behemoth vastissimum intelligendum? Liquidissimi vero sensus est, agi hic de animali gressili aliquo prægrandi. Qui enim rejecta omni litera, ubi opus haud est, allegorias liberaliter confectantur, immani illi quidem, a naturalibus, ad Dæmonem ipsum ruunt saltu. Ita THOMAS pariter ac LYRANVS. Vid. Dn. D. OLEARIVS *Conc. 49. in Job. p. 388.* Exactam talem Dæmonis cum Behemoth allegoriam qui desiderat, adire Dn. D. SCVLTTETVM, *Conc. 232. Super Job. p. 318.* ubi vult, potest. Mittamus hic IOANNEM CAMERENSEM, in *Draconem* nobis Behemoth transfigurantem. Neque SANCTII arrideat placitum, per Behemoth fortem aliquem intelligentis *taurum*. Eandem trivit orbitam Doctissimus IO. EVSEB. NIEREMBERGVS in *Acad. Reg. Madrid. Physiol. P.* quondam; dum *l. XI. Hist. Nat. c. 3. fol. 141.* bovem hic indigitari, omnibus contendit & intendit modis.

§. III. Tanto minus Rabbīnorum stultiloquia admitteremus faciles. R. ABRAHAM quidem, mirabile quoddam & *monstruosum animal innominatum*: R. MOSES vero commune aliquod vocabulum omnium jumentorum hic designare Behemoth, contendit. Eodem et-

iam contemptu reliquorum somnia *Talmudistarum* vendicare possis. Narrant & revera narrant Recutiti, immanem quendam bovem, cujus caput i. collum i. & corpus VII. milliaria longum sit, Behemoth. Hunc in *Paradiso* singulis diebus, mille depascere solere montes tam diu, dum Messias veniat, Taurumque illum nactet, gratissimum Iudæis ferculum. Vid. prolixè de his agens *BUXTORF.* in *Synagog. Iud.* c. 36. p. 456. & seqq. Conf. *GERSONIS Talmud.* p. 94. c. 16.

§. IV. Nos argumentamur. Illud intelligendum est per Behemoth, cui plano simplici que Stylo, omnia quæ de Behemoth dicuntur, κατ' ἐξοχήν competunt. Atque Soli Elephanto isthæc omnia, quæ de Behemoth dicuntur, κατ' ἐξοχήν competunt. E. Solus Elephas intelligendus est per Behemoth. Probanda nunc assumptio est, & confirmanda cuncta. Ibimus per partes, & primo *nomen*, postmodum, *rem* Elephanto commode attribuemus.

§. V. BEHEMOTH, plurali & eo quidem sœminino nomine insignitur Elephas; quasi tu dixeris jumenta. Excellentiam hoc loco phrasis Eberina notat: & Behemoth, h. e. jumenta, Elephas vocatur, quod pluribus, ob enormem corporis vastitatem, æquiparari possit bestiis. Ita חכמה summam notat Sapientiam. *Prov. I. 29, IX. v. 1.* Parili ratione θηρία in plurali, Græcis quoque appellatur, notante *SVIDA*, Elephantus. Vidimus plura alia, e Latinis quoque congesta, ab *VLYSSE ALDROVANDO*, loca, *L. I. de quadrup. f. 197. c. 9.* Vox Latinorum ipsa a Græcorum λέφος i. e. colle aut monticulo, expositore *ISIDORO* derivatur. Quo, ni fallor, *OPPIANVS* respiciens cecinit:

Vt si

*Ut si illum videas dum immania corpora versat,
Excelsi montis procerâ cacumina credas.*

Aliis *Ελίφας* quasi *ἐλίβαν* a participio nimirum *βάς*, verbi *βαίνω*, nomineque *ἐλος*, palude, oritur. Quoniam, quod certissimum est, in paludibus, mas elephas cum fœmina consuecit.

§. VI. Paucissimis excutienda vocis quoque ambiguitas. *PLINIO* *Elephas marinus* datur, & a nimio dentium candore, quin & magnitudine, qua cum terrestri Elephanto convenit, sic nominari solet: *PLINIVS lib. IX. cap. 5.* Credo, quod *Balanam* ita vocitarit. Est præterea quoddam locustarum genus, Elephanti nomine ambitiosum. *PLINIVS* audiendus ex *lib. XXXII. c. 11.* est: *Elephantii locustarum generis nigri, pedibus quaternis bisculis: præterea brachia duo, binis articulis, singulisque forcipulis denticulatis, fed & quoddam poculorum genus, (tricongium vocant) Elephantum diei, apud ATHENÆVM (l. XI. c. 5.) legimus. Versus latine redditi sic habent:*

*Idoneum nisi tibi elephantum puer
ferat. Quid est hoc per Deos? poculum
magnum, choarum quod trium fit capax &c.*

Et alibi apud eundem *c. 16. EPINICVS:*

*• • • • hodie ad Clepsydram
torrentis instar aurigabor utraque,
est autem elephas. Elephantos atrabit rhytum
quod congios capit duos • • • • •*

§. VII. Synonyma tangenda paucis. Dicitur hic noster Behemoth, Latinis *pecus Indicum*, *Bellua* item *Lybica* καὶ ἑζοχίη. Sunt qui *Barrum* eum, unde proprium Elephantis est, *barritus*, vocant. *HORATIVVS* quærit:

Quid

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barvis?

LUCRETIO, *tauri anguimani*, dicuntur Elephantes.
Verba sunt:

*Inde boves Lucas, turrato corpore tauros
anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre.*

Scite nominat anguimanos. Proboscide nimirum pro manu uti Elephantes queunt. Flectunt, reflectunt, contrahunt, extenduntque proboscidem. Tortilis quippe, flexilis, lubrica, volubilisque serpentis in morem, eorum est promulsis. Omnium communissima Synonymia est, qua *Boves Lucas* Elephantos vocant. Causam ubi voles, hanc habe. *Pyrrhus, Epirotarum Rex* a Tarentinis accitus contra Romanum nomen, primus in Lucania, Elephantorum invisa ante, Romanis, agmina opposuit. PLINIVM si adeamus, respondebit ipse, ex *Lib. VIII. Hist. Nat. cap. 6. Elephantos Italia primum vidit, Pyrrhi Regis bello, & boves Lucas appellavit, in Lucania visos.*

§. VIII. Rus nempe suum & stivam oluerunt veteres Romani. Sed quid mirum? quærit Doctissimus RUPERTVS p. 259. *Flori illustrati sui. Cum iidem struthionem, passerem marinum, Camelopardum, ovem feram, Pantheras, mures Africanos, Leones, Ursos Numidicos, appellarint, comparatione semper facta aliqua ad notas & indigenes animantes, more rusticorum aut puerorum. Ut VIRDVNGVS super Flor. l. 1. c. 18. ex LIPSIO 2. Elect. r. 4. colligit. Quanquam quæ de Leone suspicantur prælaudati Viri Ursum Numidicum fuisse dictum, id solidissimis refutetur argumentis a CLAVDIO SALMAS. ad Solin. c. 16. p. 311. Negaverat e PLINIO LIPSIVS, Africam habere Ursos. PLINIVM LIPSIVMQVE SALMASIVS*

SIVS premit autoritatibus contrariis, HERODOTI, STRABONIS, VIRGILII, IVVENALIS, MARTIALIS, SOLINI, M. ANTONII SABELLICI &c. Nos ad boves Lucas reditum paramus. Ridet enim M. VARRO in *oper. de LL. lib. VI.* & refellit opinionem existimantium, boves Lucas s. Lucos a Lucanis, ex ingenio Romanorum, dictos fuisse Elephantes. *Arbitror, inquit, boves Lucas, a Luce potius dictas esse, quod longe reluccebant, propter inauratos regios clypeos; quibus turres elephantorum ornabantur.* Excusatum it VARRO priscorum Romanorum ruditatem. Invita sane veritate. PLINIO contestatur LVC. ANN. FLORIVS *l. I. c. 18.* FLORO SCALIGER, in *appendic. ad conject. in Varronem.*

§. IX. Expenso nomine, res sequitur. Subjectum, Elephantem fecimus. Prædicata, ordine applicabuntur. *Ecce age Behemoth, quem feci juxta te (vel tecum) gramen uti bos comedit.* Quadrat omnino hoc ad Elephantem, qui æque atque homo, sexto creationis die, ut in solo vivat, est creatus. Quin imo contra & præter reliquarum naturam belluarum, hominem amat, cum eo conversari gaudet, & a pusillo puero Arabe, huc illuc se regi patitur, ac vulnerari. Accommode PLINIVS: *animalium maximum, inquit l. VIII. c. 1. Elephas est, proximumque humanis sensibus: quippe intellectus illis (cognitionem usualem appellarim ego) sermonis patrii & imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere memoria, imo vero (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, aqutitas.* Hæc PLINIVS. Sed male in ibidem idem, a necessario ad nimium progressus, siderum religionem, solis atque Lunæ venerationem, & nescio quas stultas preces, Numini ab Elephantem alligari solitas, adjungit. Simili castigandus nota ÆLIANVS *l. V.*

c. 49. erat. Longe modestius in Elephantum laud. LIP-
SIVS pronuntiat: *uti seria & vera multa inesse, nihil am-
bigit; ita quaedam majora vero. Quis enim tam magni on-
eris sit, ut, quicquid illi imponunt, vebat.*

§. X. Non interim, sano si accipiantur sensu, di-
splicent, quæ de egregia illa Elephantorum cum homi-
nibus convenientia. Nobilissimus scripsit VARTO-
MANNVS. *Testatur vero, se quosdam vidisse Elefantos,
qui prudentiores sibi videbantur, quam quibusdam in locis, ho-
mines. Homo homo quidem est ac dicitur; Brutum
brutum. Ille tamen nunc naturali aliqua stupiditate, in-
condita barbarie, aut aliis prægravatus modis, vel pa-
rum vel nihil diviniore (rationem, qua tamen quando-
que uti nequit, si exceperis,) præ solertissimo hoc ob-
tinebit bruto. Id vero certissimum est, nullum, inter
universa bruta, ad hominem accedere vicinius. Ele-
phantus, Principem iccirco obtineat, præ Leone. Io-
cum. Nobilior quippe. Roma cum non ita pridem (ver-
ba ALDROVANDI sunt) lib. I. de quadrup. c. 9. f. 209.
multi (scil. Elephantum) docerentur institutiones admirabi-
les, gyrosque facere explicatu difficiles: quidam reliquis
omnibus minus doctis, ob idque crebro increpatus & castiga-
tus, deprehensus est noctu, sua sponte se exercens atque di-
scens. Vidimus nos quoque annis abhinc proximis, du-
ctum illum per multas Germaniæ Provincias, Vrbes-
que, Elephantem, solertem supra modum: saltantem
commode, jaculantem, vexilla ventilantem, num-
mum clam abjectum proboscide quæsitantem, inveni-
entem, reddentem: breviter, omnia ad rectoris nu-
tum, promptissime exequentem.*

§. XI. *Gramen Elephas ad instar bovis dicitur comedere.*
Nimirum non carnivorus est, ut Leo, aquila, vultur.

Non

Non vermivorus ut philomela, upupa, hirundo. Non omnivorus, ut picæ, corvi aut cornices. **CARDANVS** lib. X. subtilis. fol. m. 342. Oportuit, inquit, plantis, fructibus & herbis vesci, aliter enim probum animal esse haud potuisset, quandoquidem omnia animalia, que carnibus vescuntur, sunt iracunda, fraudulenta, crudelia & superba. **ALOYSIVS CADAMVSTVS**, citatus **VLYSSI ALDROVANDO** l. 1. de quadrup. f. 214. eos arborum foliis, & ipsis quoque arborum truncis vesci avidissime, testatur. **Montanas** ab ipso **adamari** herbas & palustres etiam, post **Sacram s. DIODOR. SICVLVS** affirmat. Quamquam in defectu pabuli ordinarii, nec radices, nec fructus quosdam, utpote melones, poma, hordeumque spernat. Panes octo grandiores, brevi spacio, ab Elephante devoratos, vidimus **Onoldi**. Sed nec vinum fastidivit. Hæc illa altera natura, consuetudo.

§. XII. *Robur Elephanti ingens, fortitudo maxima.* Turres armatorum in hostes ferunt, gladioque proboscidi alligato, atrocissime præliantur, ac hominum, adversus quos a rectore agitantur, stragem edunt fœdissimam. **CARDANVS** l. cit. fol. 321. tantum, ait, corpori inest roboris, ut duo ex his juncti, navem maximam onustam, in terram trahant. Olim, & nunc **Indi** solent, duabus catenis ferreis circumligatis, sub ventre duas addere clitellas, illisque ligneum superimponere castellum, in quibus seni homines erecti, & quandoque etiam usque ad 14. omni telorum genere stant præliantes. Sed quid minora dicimus? 1. **Maccab. VI. v. 37.** locus elegans habetur, ubi Elephanti singuli singulas turres, & in unaquaque turri, triginta duos armatorum, excepto adhuc **Æthiops** rectore, portando sustinuerunt. **ÆLIANO** teste, mania hostium subvertere Elephanti olim assolebant. Sola etiam probosci

boleide, eieciant armatos, in sublime, Viros. Ctesias ipse vidit, jubente rectore, Elephantem dentibus suis palmam, summa violentia, eradicasse, pedibusque conculcasse. Vide mihi duos eorundem dentes, & non ride, dum 325. ponderibus æquantur: teste *αὐτοῦ τῆν* VARTOMANNO. ap. Cardan. l. X. f. 319. IULIUS CÆSAR SCALIGER & ipse unicum vidit dentem elephantinum, (unde ebur est) Viro longiorem. Exerc. 204. sect. 1. *Vidi equidem, inquit, dentem me longe proceriorem. In duci adhuc majores & robustiores.*

§. XIII. Sequitur partium quarundam elephantinarum conformatio. Loquendum hic modeste est, cum IOBO: *Stringit caudam suam, veluti cedrum: nervi genitalium ipsius implicantur. Ossa ejus fissula aris, tibia ejus instar ductis ferrei.* Primarium inter alia, hoc Elephantum *ὑπόγειον*. Organon multiplicandi se, mas Elephas tantum non terribile habet. CARDANVS, *l. cit. ad terram usque porrigi, licet alii hoc negent, inquit.* Mittamus hæc, & colossæ vastitatis ejus ossa, pedesque speculemur. Crura vero obtinet teretia, ad instar columnarum, altissimos, terræ infigentis gressus. Coxæ rectæ descendunt, nec in anteriorem partem, ut bobus, exporriguntur. Hocque ideo contingit, quoniam juncturæ genuum adeo æquales sunt, ut, nisi flectere crura videas, junctura carere jures. Inde natam, divinato facile est, opinionem, juncturis & flexuris genuum carere Elephantēs: ita ut semel in terram prolapsi, resurgere non possint. Hoc illo commento, BIOD. SICVLVS cum STRABONE, multorum pervasit animis, fictam Elephantorum capturam, in arboribus, (quibus ceu dormitorio consueto innituntur) majore sui parte, occulte tamen, succidendis. Vidimus humi se proster-

nen-

nentem, moxque ad iussa Domini surgentem Elephantum. Viderunt alii. Res indubitata.

§. XIV. Ab *excellencia*, quoque atque *armatura*, noster nobis describendus Elephas. *Via Dei, opera divina sunt. Viarum Domini principium insignitur Elephas.* Inter quadrupedes quippe excellentissimum, præcipuumque, post hominem, Dei opus. Sed & primo, inter quadrupedes animantes, loco, creatus Elephas statuitur, a Dn. D. OLEARIO *Conc. 49. Job. p. 388.* Quicquid sit, primas, post hominem, elephanto, propter præmediatas rationes, *ante leonem etiam deferimus.* Quanto enim ad hominem quid vicinius accedit, tanto æstimandum est nobilius. Docilem supra modum Elephantem esse, supra memoravimus. PLINII adhuc adjiciendus locus *exc. 3. l. VIII. Mutianus ter consul, autor est, aliquem ex his, & literarum ductus, Græcorum didicisse,* ELIANVS ait: *Vidi ego ipse, quendam in tabula, literas Romanas promuscide scribentem, recte & non contorte. Quin etiam cum scriberet, oculi ejus cum rigore dejecti in tabellam erant, ut plane intentos diceret & scriptitantes.* Nihil tale in Leonem cadit. Solivagum animal Leo. Regia societate gaudet Elephas. Crudelis bestia Leo. Elephas mansuetus supra fidem. Regem clementia decet. Armatura regius gaudet Elephas. *Ille, inquit IOBVS, qui fecit eum, applicavit gladium ejus. Fulmineos putantes cum proboscide, quibus velut armis gladioque utitur. Placent ALDROVANDI verba, proboscide pro manu utitur, & extrema ejus parte sic omnia tractat, atque ita rebus apprehendendis applicat, ut ne minima quidem numismata ipsum effugiant, que etiam sublata proboscide rectori insidenti tradit. Fluvium aut profundum lacum trajecturus, per sublata hanc, in altam, proboscidem re-*

spirare, quæ mirabilis naturæ prudentia est ac providentia, solet. **PLINIVS**, inquit: *mandant ore, spirant & bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu l. VIII. c. 20.*

§. XV. *Huic montes herbas ferunt; & omnes bestiae agri lusitabunt ibi. Sub umbris recubat in secreto calami. In tuto cum umbrosa protegunt arbusta; circumdabunt illum saltus torrentis. De pabulo ejus supra dictum. Hic nunc a mansuetudine ac habitatione BEHEMOTH describitur. Mansuetus ex natura sua Elephas: & primo quoque tempore cicurandus. OPIANO auscultandum:*

*Ille vastus inest animus, dum saltibus errat,
& ferus; ast homines inter mansuetus & equus.
Herbi feris etenim atque umbrosis vallibus olim
fagos atque oleas & celsa cacumine palma,
Sæpe solo stravit, firma ab radice revulsa,
Ingenti incumbens & acuto robore dentis;
Ast ubi in humanis manibus versatur, eundem
deserit ille animus, fugiuntque immania corda,
Namque jugum patitur, durisque stat ora lupatis,
& pueros tergo discit gestare magistros.*

Licet etenim armatus sit, gramine contentus tamen, alia juxta se animalia secure circumvagantia, ne imprudens ea conterat, blande submovet proboscide. **DN. D. SCVLTEYS** *l. cit. p. 316.* Saturi ad loca roscida palustraque revertuntur, & arundineta, ut cubent ibi, incolunt. Aquas alioqui, nisi coacti, haud intrant, tametsi impendio delectentur iis. Egerrime quippe ob prægrandem corporis vastitatem nataturi.

§. XVI. *Ecce absorbebit studium & non mirabitur, & fiduciam habebit, quod insuat Iordanus in os ipsius. Tarde quidem, sed diutissime bibit elephas. Tantamque aqua-*

aquarum exhaurit copiam, ac si integrum exsorpturus fluvium esset. Potum tamen non haurit ante, quam immixtis aquam conturbavit pedibus. Faciunt idem Cameli, atque generosiores equi. Scilicet cognoscunt suas, bruta commoditates. Aqua quippe pura, ventris intestinorumque formina illis procreare dicitur. ARISTOTELIS, uno passu Elephantem sumere, ait, novem modios Macedonicos, plerumque autem ebibere Sex vel Septem. Sed copiam hanc, corporis requirit vastitas, non suadet voluptas: ut recte judicat in *pralectionibus Zoolog. cap. de Eleph. q. 5.* Beatissimus SPERLINGIUS.

§. XVII. *In oculis ipsius capiet eum* (hoc est, ipse capietur) & laqueis perforabit nares ejus. Absolute quidam: quidam interrogative hoc de Elephanto volunt intellectum. Stet sua cuique sententia illibata. Nos ex DIODORO SICULO PLINIOQUE ita rem accepimus. Elephanto animalium vastissimo licet, parati tamen a natura hostes sunt, post ignem, quem maxime reformidant, & porcos, quorum grunnitum exaudire nequeunt, Dracones. Hi etenim ad fluvium bibentem, vel secum commedentem observantes, ex improvise in oculos ejus involant, eique nunc oculos effodiunt, nunc suis, quas proluxa caecata faciunt, spiris, velut laqueis, proboscide sic eum tenent, ut vel strangulent, vel a defensione sui prohibeant, sicque sanguinem ejus exsugunt, ut ita vel desiciat, vel oculis orbatus pereat omnino Elephas. Vid. DIOD. S. l. III. c. 3. a fine, p. m. 164. Conf. PLIN. qui eadem ad amissim habet. l. VIII. c. 10. & SOLIN. c. 38. De ordinariis, & iis quidem multifariis Elephantorum, ab hominibus capi solitorum venationibus, consulendus post ALDROVANDUM, B. FRANZIVS est, in *Hist. Anim.* Tantum igitur de Elephanto, quantum ad Minoris comprobationem fuerat necesse.

Reve-

Revera enim nulli alii animalium, uniuersa hæc vendi-
cari possunt prædicata.

CAP. II.

DE

LEVIATHAN.

ARGUMENTVM.

- §. I. *Locus de LEVIATHAN adducitur.*
 §. II. *Non his propriè indigitatur Crocodilus, Non serpens: nec monstrum aliquod Rabbincum.*
 §. III. *Per LEVIATHAN insinuat Balæna.*
 §. IV. *Incredibilis vastitas balæne. Ferrago exemplorum.*
 §. V. *Costa immanis cuiusd. Ceti,*
 Witteberge. in, ad Arcem, Templo.
 §. VI. *Captura Balænarum periculosissima.*
 §. VII. *Continuatur. Indorum captendi modus.*
 §. VIII. *Subvertit aues Cetæ. Lusus ejus marinus.*
 §. XI. *Concluditur discursus.*

§. I.

Digrediendum a vastissimo animali terrestri, ad vastissimum aquatile est. Nomen ei Leviathan. Radix *m* quæ præter alia significat assumit, adhæsit, cumulavit, auxit. Vnde Leviathan, piscem notat, cujus magnitudo est insignis. FRANZ. *Hist. An. p. 604.* Latini Cetum vocant. Cetorum Species eadem plurimæ. Princeps est Balæna. Sequuntur Orca, Phiseter, Delphinus, Scolopendra, Vitulus Marinus. Ille de Balæna sermonem esse, omnino arbitramur, propterea attributa. Audiendus ex Cap. XXI. 10. *Deus est. Nunquid habes (temere nuntium) Leviathan hinc? & furca ligabis linguam ejus? ponisne fideiham in naribus ipsius, & accipies maxillam ejus? Nunquid multiplicabit ad te procer? aut loquetur ad te mollia? Nunquid foras pactam fecerit? accipies*

pies eum servum sempiternum? nunquid cum eo ludes ut avicula? aut ligabis eum puellis tuis? Concident (facile sc.) eum amici? Divident illum negotiatores? Si pones super eum manum tuam, memento belli, nec ultra addes. Non est quisquam tam ferus, ut eum fuscitet.

§. II. Non hic audiemus BEZAM, qui per Leviathan, *Crocodilum*, aut aquaticum Draconem quendam intellexerat. Sed nec Tropistas quosdam, qui nil nisi Dæmonem hic indigitari, putavere. Valeat & R. KIMGHI, cui Leviathan *maximum aliquem*, navibusque infestum denotat *Serpentem*: teste D. OLEAR. *l. cit. p. 392.* R. MENASSEH BEN ISRAEL, ne audio quidem, dum *l. II. de resurrect. mort. c. 19. p. 225.* per Leviathan, *epulum illud*, de quo legitur in *Baba Batra*, quod Deus isto tempore preparabit illis, qui optime sanctissimeque in terris vixere, (quæ Iudæi verba sunt) insinuari garrit. Eadem fabulatus R. MOS. MAIEMON in *Mare Nebuchim part. 3. c. 23. p. 404.* per *Leviathan complexum generalem, omnium corporaliu[m] proprietatum, quæ dispersæ sunt in quolibet animali velociter volante, atque ambulante*, importari Stultiora ad huc in *Talmud. part. 1. c. 16. p. 40.* somnia, ut quæ pro cotidiana Leviathanis esca, *piscem trium miliarium longum, ineptissime finxerunt, deprehendas.* Conf. BUXTORF in *Synag. Iud. l. supr. cit.*

§. III. Nos, his missis nugamentis, sic ratiocinamur: *Illud proprie hic intelligendum est per Leviathan, cui plano simplicique stylo, omnia quæ de ipso dicuntur predicata, competunt. Atque Soli Ceto predicta cuncta predicata competunt.* E. Majorem nemo, si velit etiam, sollicitare poterit. Probanda minor est, & progrediendum ordine. Prius præsupponendum tamen, de marina bellua vastissima & indomabili hic sermonem esse. Do-
K cent

cent universa, ei vindicata prædicata. Clarius id in-
 duit. *Psalm. LXXIV. 13. Turrupisti mare, tu fregisti capita Le-
 viathan, seu Balænarum.* Thanninim vocantur alibi.
 Nullum aliud in ullo mari, vastius, horribilius formi-
 dabiliusve animal, Balæna ipsa est. Ostendi id 1.) ab
immensa ejus vastitate. 2.) ex captura summa difficultate
*3.) ab immanie ejus feritate. 4.) a conversationis cum homini-
 bus impossibilitate. 5.) ab occisionis extrema arduitate, a qui-
 bus supra describebatur, potest.*

§. IV. Incredibili vastitate piscem esse equidem
 oportuit, qui *Prophetam Ionam*, uno abligurivit oris ri-
 ctu, eundemque intra triduum evomuit illæsum. Fuit
 autem Cetus, Ao. 1531. capta Harlemi in Batavia, ba-
 læna fuit, pedes 68. longa A. 1577. non procul ab *Anti-
 werpia* capta alia in Scaldis flumine, 85. pedum longitu-
 dine. Insignis quoque magnitudinis illa erat, quæ An-
 no Ch. 1532. marinis ejecta fluctibus ad littora fuit, ita
 ut pars aliqua appareret extra aquas, altera intra aquas
 lateret. Etsi vero a pecoribus & piscibus magna ex par-
 te fuisset discerpta & devorata; *tantum tamen manserat*
residuum, quantum centum ingentia plaustra vix poterant
averebere. In longitudine habuit 30. ulnas. Rictus oris
 complectebatur sex ulnas cum dimidia: mandibula 7.
 erat ulnarum cum dimidia: in lateribus habuit 30. co-
 stas, quarum singulæ longæ erant 21. pedibus. Longi-
 tudo capitis a principio usque ad rictum oris comple-
 ctēbatur 8. ulnas: lingua 7. ulnarum erat longa. Com-
 pendio uti cogimur. Plura circa exemplum hoc repe-
 ries *Lector, in Epist. ad POLYDOR. VERGIL. qua extat*
apud FRANZIVM part. 3. Hist. Anim. c. 2. Idem sequens
 etiam habet: Anno 1545. in Pomerania *Gryphistwaldi* ca-
 ptus fuit exiguus quidam, & tamen illius ventriculo reperta

est ingens copia piscium, nondum adhuc concoctorum, & inter alios, salmo vidus, ulna longitudine, ita ut tria dolia, s. tonne (piscium) inde replerentur. Mirabilioris adhuc vastitatis adnotabit balænas, in nupero suo Itinerario, HIERONYMVS WELSCHIVS, *Cap. V. de Ital. pag. 33.* quem vide.

§. V. Hæc dum scribimus, non abs re recordamur prægrandis illius, in templo ad Arcem, hic Wittebergæ, quæ habetur ex Balæna, costæ. Longa ista pedum XIV. deposita a Divo Saxonix Electore, FRIDERICO SAPIENTE, ferreaque, parieti alligata catena, visitur. Adjuncta tabella est. Versus inscripti, pro genio seculi istius, seqq:

*Omnes interrigena prægrandam cernite cete,
bis septem pedum, costa de latere tensa.*

*Cunctipotentis opus, non perscrutabile cuivis,
perspicuis undis sub, talia monstra creavit.*

§. VI. Capturam Balænarum memorarunt multi. Omnes, prolixissimis exposuere. Quanquam vix mirum esse poterat. Videndus OPIANVS, ALBERTVS, RONDELBTIVS & qui ex hisce sua petiit, VLYSES ALDROVANDVS in *Ichthyol. l. I. de cet. f. 261.* Nos quantum possumus, negotium longum, brevi depingemus ductu. Funes contortos, crassitudine rudentis fumunt, addunt ferream catenam, hamo acutissimo validissimoque formidabilem: hamum tauri carnibus involvunt, ut inescant belluam. Adremigant audaciores quidam, & ne cominus videantur, a latere cymbam agitant. Bellua ut primum odoratur escam, aut videt, nulla cunctatione interposita, effreni, eam appetit cupiditate: nesciaque insidiarum, toto se induit ferro, quo non leviter convulnerata, dolore furibundo, catenam

K 2

hamo

hamo insignitam exedere conatur. Quod ubi frustra diu est molita, & interim acerrimis exagitata doloribus, huc illuc reciprocato, tenacissimeque infixo mucrone, in pelagi profundum mergitur. Tum omnem insidiatores funem laxant, variis hinc inde utribus, aere refertis, communitum.

§. VII. Balæna, ad inferiora maris merfa, quiescit aliquantum; at enim quiescere cupiturientem, utres non permittunt: aëre tum ad sublimia ente. Instaurat iras bellua, velutque animalia sibi infesta, utres, ulciscendi animo persequitur. Fugiant retracti, cum fune utres. Bellua inferiora pro more repetit. Hi rursus subvolant. Illa cum utrius utribus retracta, horrendum dolet, tantoque sævit opere, immanes in sublime jaciendo fluctus, ut ipsum subter jures stabulari Æolum. Fatigata diu bestia, & jam suis dejecta viribus, vel invita sequitur funem attrahentes, in proxima cymba illa, remiges. Tum, signo dato, suis piscatores appropinquant navigiis mutuaque cohortatione, velut in præsentissimum armandi prælium, magnis animis, nec minore tumultu, clamore & clangore, feram aggrediuntur: illi jaculis, isti tridentibus bidentibusve, alii falcibus, securibus, venabulis, & sclopetis, ab omni parte circumdare balænam. Hæc animo imperterrito sustinere plagas, & horrendos fistula ejaculari fluctus. Illi propellere ad littus, diuturnis vulneribus, non sine vitæ periculo confodere, obturare fistulas, novissimeque penitus conficere atque inter se dividere solent Mercatores atque Piscatores socii. Alium capiendi modum, Indi Occidentales, & illum quidem, majori cum periculo tum audacia conjunctum habent. Infilire quippe ex insidiis, ac inequirare ceto,

ceto, post, immixtis alte festucis, fistularum opplere spiracula, & sic enecare solent belluam. Processum luctulenter admodum depinxit apud MERIANVM, GOTHOFREDVS, *part. I. fol. 13. West Indianisch Hist.*

§. VIII. Vides inde, quid sibi illa apud Iobum velint, de Leviathan, verba. Difficultatem summam, non impossibilitatem balænae capiendæ atque interficiendæ indicant. Vivus nimirum in hominum manus, ægerrime venit cetus: Indomita quippe feritas ipsius. Robur incredibile. Nemo eum aggredi, aperto Marte, audet. Integras subvertit, nullo equidem negotio naves. Imprimis vero navium nuper picatarum odore maximopere alliciuntur ceti, ut approximantes navi, sese illi affricent. Nautæ, de submersione navis, non præter rem meticulosi, picata eis dolia, Inavim ut relinquunt, objectant. Ludunt & jocantur his, ceti, doliis. Annuatim capiuntur a Batavis, Anglis Danisque in Græntlandiæ Islandique confiniis, numero haud parvo. Mare Indicum vastissimos nutrire dicitur. Referunt Historici, visas sæpe numero balænas esse, quarum oculi ac palpebræ similes essent grandiori militis armati capiti, casside ornato. Et RONDELETIVS, a SPERLINGIO citatus: *vidi, inquit, balæna mentulam tantam, quæ etiam a procero homine gestata, utrinque terram contingeret, unde quanta sit, cum balæna libidine concitata feruntur, conijcere oportet.* Hinc reliquum metiri corpus licet. Exaggerat suam, inde Majestatem, gloriosus Conditor, exemplo Elephanti primum, postmodo Balænae. *Quis igitur, inquit, resistere meo potest vultui?*

§. IX. Hæc hæctenus de Ceto quoque. Quem veluti Elephantem, vel ideo præter alias causas, non

licuit prolixius describere, ac utriusque tum generationem, tum vivacitatem, (qua ad CCC. annos usque, neuter fere destituitur, ex Zoologorum testimoniis) tum alia complura propria adnectere; quoniam id duntaxat evincendum nobis sumimus, ut per Behemoth, nil nisi Elephantum; per Leviathan vero nihil aliud, nisi Cetum intelligi oportere, ex Principiis ac rationibus Physicis demonstraremus. Meliora docentem tantum abest, ut aversemur nos, ut veneremur potius. Manifesta DEI opera sunt, & magnificanda semper. Si tanta in irrationali creatura & potestas & majestas; quanta demum in ipso fuerit Creatore? Adumbravit se in omnibus Numen, nec ullibi reliquit intestatum. Nostrum est mirari, rimari, obsequi & adorare.



DISPV.